florenorum pecuniae ipsius per eundem actis terrestribus praemisliensibus
inscripti et assecurati, cum omni iure dominio proprietate ac
cum omnibus et singulis utilitatibus nil excipiendo huic ad fe-
stum conversionis sancti Pauli apostoli proxime venturi pro
summa certa pecuniaria iam ab ipso Petro Pieniążek plena-
rie recepta de qua summa idem Joannes Bzowski suo et no-
bilis Annae consortis suae pro illius ratihabitione cavendo eundem
436 quietat et liberam facit, arendavit et modo arendae inscripsit.
Eam et admittens eidem iam exnunc in bona praefata realem in-
trum cum actuali et pacifica possessione per ministerialem terrae
quemcumque. Et hic idem praefatus Petrus Pieniążek coram
officio et actis praesenti personaliter stans, a terris districtibus iuri-
busque suis quibusvis proprius recedens, et praesenti iurisdictioni
se incorporans, publice revenit. Quia bona praefata sibi modo
praemisso arendata non alio iure nisi vigore praesentis arendae
ad decursum supradicti temporis tenebit et possidebit post
expirationem vero arendae praefata bona eadem libere dimittet
vel eius successores dimittent, in quae praefati coniuges tanquam
in sua propria inequitabunt vel illorum posteri et nulla per-
hoc violentiam facient. Cui inequitationi praefatus Petrus
Pieniążek cum suis posteris contradicere non debet subva-
dio in originali inscriptione contento.

Piemazek adscribit Bzowskim

115 Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi
praemisliensi Generosus Petrus Pieniążek de Kruszliowa
mente et corpore sanus exnunc, foro suo quovis proprio omisso,
praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac
bona sua omnia quo ad infrascripta tantum attinet incorporando pu-
blice recognovit. Quia nobilibus Joanni Bzowski et Annae
de Ulen coniugibus et eorum successoribus, ad summam priorem
originalem duorum millium et sexingentorum florenorum pecuniae
ipsis coniugibus per eundem Petrum Pieniążek in bonis suis
haereditariis villarum Tenowicze et Chorzow actis terrestribus
praemisliensibus inscripti et assecurati, ducentos florenorum pecuniae
communis monetae et numeri polonicalis in eisdem bonis adscri-
bit adiungit annectit et associat, summamque insimul iungit
in qua quidem summa simul iuncta duorum millium et nonin-
gentorum florenorum pecuniae praefati recognoscens bona prae-
fata in originali inscriptione contenta et descripta, cum omni iure
dominio proprietate tenebunt habebunt et possidebunt illisque
utifruentur usque ad exemptionem et summam praefatam simul
iunctam plenariam et omnimodam coniunctim persolutionem.
Quam quidem inscriptionem priorem per praesentem adscriptionem
et praesentem adscriptitiam per illam priorem originalem in
omnibus earum conditionibus, punctis clausulis et articulis
approbat confirmat et ratificat. Et iam exnunc prae-
fatus Pieniążek eisdem coniugibus in bona praefata in summa
praedicta adscriptitia, dedit et admisit realem intrum cum a-
ctuali et pacifica possessione per ministerialem terrae quemcumque.
iam exnunc per officium praesens ad id additum. Nihilominus
praefatus Petrus Pieniążek se et suos successores super om-

nibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem ex his a-
ctis ad acta terrestria praemisliensia ante decursum unius anni transfere
transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem
facere subvadio summae adscriptitiae ducentorum florenorum pecuniae mo-
netae polonicalis. Pro quo quidem vadio se se ipse Petrus Pieniążek ad
suis posteris praedictis coniugibus vel eorum posteris ad officium 437
praesens castrensi praemisliensi citare permiserit. Extunc foro suo
quovis proprio omisso coram eodem officio in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio
omnibus exceptionibus controversiis, praescriptionibus, suspensionibus
legalibus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus,
actione pro maiori, appellationibus motionibus earumque prosequentibus
ad quietationem dilationem non petendo, poena trium marcarum et triplici poena
ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis semotis
et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris totiens quotiens opus
fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Orzechowski ttr Fredro

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi
praemisliensi Generosus Valentinus Orzechowski iudex terrae
praemisliensis, a iure foro suis proprius quibusvis recedens prae-
senti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona
sua omnia quo ad infrascripta tantum incorporando publice revenit.
Quia Generoso Andreae Fredro de Pleszowicze et in Chodnowicze
haeredi et eius legittimis successoribus centum florenorum pecuniae mo-
netae et numeri polonicalis certi vere et liquidi debiti sive
mutuatae pecuniae tenetur, praesentique inscriptione se et suos suc-
cessores super omnibus bonis suis haereditariis et obligatis mobi-
libus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit pro
primis et proximis terminis terrestribus praemisliensibus, seu pro
prima et proxima celebratione seu positione actorum terrestrium
praemisliensium, quod horam ab hinc prius et proximius praemissae
fuerit celebratum, coram actis terrestribus praemisliensibus solvere et
reponere subvadio similis summae centum florenorum pecuniae in
defectu solutionis summae eiusdem principalis pro tempore supra-
scripti solutionis assignat per eundem iudicem vel eius posteros
ad solvendum successorem et in unam summam capitalem convertendum.
Nihilominus praefatus Valentinus Orzechowski se et suos suc-
cessores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesen-
tem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante decursum
unius anni transfere transportare similemque vel si opus fuerit
meliorem recognitionem facere subvadio similis summae centum
florenorum pecuniae, pro qua quidem summa simul iuncta seu vadio
praefatus recognoscens cum suis successoribus, per eundem Fredro
vel eius posteros ad officium praesens castrensi praemisliensi
citatus extunc a iure foro suis proprius quibusvis recedens
coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremp-
torio stare parere respondere ac pro praefata summa simul
iuncta seu vadio omnibus exceptionibus controversiis, prae-
scriptionibus, suspensionibus, legalibus quibusvis impedimentis,